



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 106. Accusationum capita adversus Trivultium

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

nio hujus nominis primo Neapolis Rege; Sæcul. XVI.  
postmodum vero Caroli VIII. Galliarum A.C. 1518.  
Regis, cum Neapolitanum Regnum sibi  
subjicere tentabat, vexilla sequebatur.  
Idem Anno millesimo quadrungentesimo  
nonagesimo quinto Capuam Gallis tradidi-  
Vid. Lib. CXVIII.  
vit, atque unacum Marescallo Gieni in  
prælio Fornoviensi primæ Gallici exerci- s. XIX. &  
tus aciei imperavit. Anno Christi mil- s. XLV.  
lesimo quadrungentesimo nonagesimo no-  
no sub Ludovico XII. occupando Medio-  
lani Ducatui operam navabat, cuius eti-  
am regimen Anno salutis millesimo quin-  
gentesimo præter Marescalli Franciæ di-  
gnitatem ab eodem obtinuit. Tot animi  
ac fortunæ dotes Trivultio in patria au-  
toritatem, majorem tamen Lautreco,  
qui Mediolani Gubernator erat, invidiam  
creabant.

### §. C VI.

#### *Accusationum capita adversus Tri- vultium.*

Hic ergo Trivultium apud Franciscum  
Galliarum Regem insimulabat, quod  
inter Helveticas Tribus civitatis jure do-  
natus fuisset, eoquod hæc natio hunc fa-  
vorem ejus meritis debitum censeret, id  
autem ei criminis dandum ajebat, quod  
neglecto Regis præsidio exteræ potentiae  
protectionem quæsiisset. II. Trivultium  
accusabat, quod ambos Nepotes suos

Cc 3

Vene-

Secul. XVI. Venetorum stipendia mereri jussisset,  
 A.C. 1518. openque tulisset liberando Pontifici, qui  
 adhuc Cardinalis in Ravenatensi pugna  
 captus fuisset. Harum accusationum ini-  
 quitas eo acerbiori vulnere Trivultium  
 afflixit, quo firmius sibi persuasum habe-  
 bat, quod heroicis semper facinoribus  
 inviolabilis fidei suæ testimonia Gallis  
 præbuisset. Evidem vehementer que-  
 stus, duris admodum verbis Lautreco  
 illatam sibi injuriam exprobrabat, ast præ-  
 valente hostium suorum potentia, ejus-  
 modi calumnias ferendo impar, octoge-  
 narius licet, Alpes transcendit, coram  
 ipso Rege innocentiam suam vindicatu-  
 rus; accessit Castrum prope Montem-Le-  
 tericum, ubi Rex agebat, nunquam ta-  
 men alloquii gratiam obtainere poterat,  
 eoque Comitissa de Castro-Brientii Lau-  
 treci Soror, cuius illicitis amplexibus  
 Rex assueverat, ejus animum adversus  
 Trivultium prævenisset. Nihilominus Tri-  
 vultius Lectica ad quamdam porticum,  
 quam Rex sacris interfuturus pertransire  
 debebat, sese deferri jubet, magnoque  
 clamore Regem affatur, rogans, be-  
 nignas præberet aures Viro, qui pro Re-  
 ge ejusque Prædecessoribus in duodevigi-  
 ti præliis vitam suam exposuisset. Ast  
 Rex Trivultium quidem aspexit, perce-  
 pitque, sed nil commotus pertransiit.

§. CVII.